



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XVI. De Destructione Civitatis Rigensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. XV.

De

Exustione Castris Jedemini & Suburbii.

Eodem tempore Fratres de Raganita cum suis subditis occultè in ortu diei dormientibus Lethovvinis intraverunt suburbium castris Jedemini & totum illud cum hominibus, mulieribus & parvulis & omni suppellectili penitus combusserunt, præter XII. viros, qui ad castrum fugientes mortis iudicium evaserunt.

CAP. XVI.

De

Destructione Civitatis Rigensis.

Anno prædicto, scilicet MCCCXXX. tempore Paschali cum jam Civitas Rigensis ferè per annum obsessa fuisset, immortalis (ut quidam æstimabant) discordia inter Cives Rigenses ex una parte & Fratres Domus Teutonicæ de Livonia ex altera, mortem subiit temporalem, quod invalescente fame & seditione, quæ timebant jam rectores Civitatis & communis populus, coacti sunt cives se & sua & Civitatem & libertates & omnia jura & Privilegia sua tradere in manus Fratris Eberhard de Monheim terræ Livoniæ & Fratrum, ut de his omnibus ordinarent & disponerent secundum suum beneplacitum voluntatis. Et non intravit Civitatem Magister, priusquam fossata essent impleta cum muro in longitudinem XXX. cubitorum. Et dixit quædam mulier: Utique iste Magister grossus est in corpore, qui requirit tantum spacium, & non intrat per alias portas sicut cæteri homines Christiani.

Ggg 2

CAP.